



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

II. De voti materia, & diuisione materiali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

nale, in internum & externum, in expressum, & tacitum;
in occultum & publicum, de quibus omnibus patebit ef-
fentia.

C A P V T I I .

*De Voti materia, & divisionibus eius
materialibus.*

5. **Q**uidnam voti materia? Totum id quod in Dei cul-
tum potest promitti. Duplex est, vna proxima, hu-
mana scilicet actio, qua promittitur; & remota, vt in castita-
tis voto est humanum corpus. Debet esse de re possibili, &
non de necessaria; quando autem esset de impossibili, non
obligaret ad possibilem in illa inclusam. **Quid si materia
promissa esset multorum actionum collectio?** Obligaret ad eos,
qui possibles sunt, nisi de voventis contraria intentione
constet.

§. I.

Materia
voti.

6. Num votum de non peccando mortaliter, vel venialiter ex
plena aduententia, validum? De mortali utcumque validum
est, de veniali autem ex plena aduententia etiam validum, se-
cus de non peccando simpliciter.

7. **A**ctio mala est ne voti materia? Minime, in modo nec indif-
ferens; debet enim esse de bono meliori, quam sit eius oppo-
situm. v. gr. ieiunium est melius, quam non ieiunare; vnde
colligo votum contra prius votum, aut iuramentum, aut pro-
missionem non valere. Valer autem actio bona sub turpi con-
ditione, v. gr. voueo eleemosynam: si furabor; quia post patra-
tum furtum, melius quidem eleemosynam dare, quam oppo-
situm. Item bonus effectus ex turpi actu est voti materia, v.
gr. Voueo eleemosynam, si filius ex concubina nascatur. Si-
militer si fiat in gratiarum actionem pro actu turpi, v. gr. Vo-
ueo calicem, si bello iniusto sit parva victoria. **Quid si fiat ob**
turpis actus impetrationem? Non valet; vt Voueo eleemosynam
ad vindictam obtinendam.

8. Num res precepta posse esse materia voti? Potest; quia de
meliori bono actu illo rem illam Deo dicavi; unde actus
omnis virtutis voti est apta materia.

9. Num Matrimonium: Coniugij votum per se non valet,
quia contra melius castitatis bonum, nisi vel ob commune
bonum praeceptio teneatur, vel ratione periculi intemperan-
tia;

80 *Moralis Theologie Tract. I. Leges,*
tiæ, vel pietatis intuitu (vt si cum fœmina paupere eo præter-
tu contrahas) cohonestetur.

10. *Obligat ne votum ex re bonum & malum includenter?*
Obligat planè ad id, quod bonum est, relicto malo.

11. *Sunt ne materia apta omissiones actionum, qua sunt in
præcepto, vel consilio? Minime, v.gr. votum non dandi elemo-
synam, vel non ingrediendi Religionem: at earum, quaæ ne-
que sunt in præcepto, neque in consilio, vt non nubendi, non
ludendi, valent.*

§. 2.
*Divisio
voti.*

12. *Sunt ne ex parte materia voti divisiones peculiares? Sunt
evidem, diuiditur enim in reale, & personale: affirmatiuum,
& negatiuum: perpetuum, & temporale; reseruatum, & non
reseruatum.*

C A P V T I I I .

De obligatione Voti.

13. *Quānam voti obligatio? Oritur quidem ex voto obli-
gatio fidelitatis, & iustitiae, interueniente accepta-
tione Dei. Et ex suo genere grauis, & maior quām præcepti
eadem de re, nisi præceptum ad superiorē virtutē perti-
neat, vt fidem, spem, charitatem.*

14. *Quām grauis huiusmodi obligatio? In graui materia ad
mortale obligat, nisi vountis intentio ad veniale tantum
culpam se adstringat; in leui autem materia non obligat ad
mortale, nisi ea ad grauem finem referatur: nec potest fieri
votum ad solam obligans sine culpa pœnam.*

15. *De Voto dubius sum: quidnam à me prestandum? Si
dubium sit, num factum Votum, ante diligentiam adhibitam
serueris ad illud seruandum: post eam adhuc dubius liber es
à promissione. Si tibi constat de facto voto, dubitas autem,
num de licita materia sit, seruare teneris. Si dubitetur, an in-
tentio adfuerit, attendenda verba, & si promissionem signi-
ficent, illi standum: si tantum propositum, tenendum contra
votum. In dubio de usu rationis: Censendum pro libertate, vt
etiam in pubertatis dubio. Quoniammodo igitur interpretatio
facienda? Si circunstantiae omnes determinatè intentæ fue-
rint, ad omnes votum obligat: si seruari aliqua non potest,
seruandum quò ad alias; modò illa principalis non esset,
traheret enim omnes ad se; si circunstantiae non determi-
nentur intentione, iuxta materiæ exigentiam obligabit; de-
nique*